

ad finem Julii; neque ullam navem tam longinque in mare delatam esse, ut hoc videri potuisset. Ceterum errorem non tribuit Arriano, quod mihi quidem absque dubio est, sed Nearchus ipsi, quem aliis similibus veterum erroribus excusare studet. Sed non errasset Nearchus, sicut alii, qui relata referebant, sed contra conscientiam suam alia, quam quae suis ipse oculis viderat, mentitus esset.

7. Syene, ultima urbs Aegypti, sub ipso ferme tropico cancri sita, et Meroë magna insula Nili, trans tropicum, ubi veteres ob-

servationes astronomicas instituerunt. Vid. Plin. Hist. nat. II, 73. „Simili modo tradunt, in Syene oppido, quod est supra Alexandriam quinque millibus stadiorum solstitii die medio nullam umbram jaci, puteumque ejus experimenti gratia factum totum illuminari. Ex quo apparere, tum solem illi loco supra verticem esse. — Rursus in Meroë insula, quae est caput Aethiopiae et quinque millibus stadiorum in amne Nilo habitatur, bis anno absumi umbras, sole duodevicesimam Tauri partem et quartam decimam Leonis obtinente.”

XXVI. Ἐπὶ δὲ Ὠρείτησι
κατὰ μὲν μεσογαίην Γαδρώσιοι
ἐπεῖχον· ὧν τὴν χώραν χα-
λεπῶς διεξῆλθεν ἅμα τῇ στρα-
τιῇ Ἀλέξανδρος, καὶ κακοῖ
ποσαῦτα ἔπαθεν, ὅσα οὐδὲ
τὰ σύμπαντα τῆς συμπάσης
στρατηλασίης· ταῦτά μοι ἐν
τῇ μέσῃ συγγραφῇ ἀναγέ-
γραπται. Κάτω δὲ Γαδρω-
σίων παρὰ τὴν θάλασσαν αὐ-
τὴν οἱ Ἰχθυοφάγοι καλεόμε-

XXVI. Post Oritas, ver-
sus mediterraneam regio-
nem, Gadrosii habitant: quo-
rum fines difficulter cum
exercitu Alexander trans-
iit, pluraque incommoda et
damna accepit, quam in tota
reliqua expeditione. Ea in
majori opere a me conscri-
pta sunt. Infra Gadrosios
loca maritima accolunt ii
quos Ichthyophagos vo-

NOTAE CRITICAE AD CAP. XXVI.

1. καὶ ταῦτά μοι — Copulam in Optimo deficientem ab-
jeci.